



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Præcedens opinio refutatur. c. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

homo erat, & Angelus magni consilij, & iusta mensura nempe sapientia sua meriebatur ciuitatem sanctam. Alij denique ita vt sensus sit, eodem modo Deus protegit statum hominis beati, sicut etiam angeli, nam mensura ciuitatis sancte eo loco videtur protectionem denotare. Deinde obseruandum est, falsum esse id, quod docuit Nicetas in orat. 42. Nazianz. quast. 2. in pascha, in illa verba, Et fieri, & speculatus sum, tractans enim illud Apoc. 12. Et audiui vocem magnam in celo dicentem, nunc facta est solus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, inquit, facta esse saltem modo visibili, & inuisibili, id est Angeli. Explicans autem quamnam salus facta fuerit angelis, varios modos illius proponit primo vt nonnulli dicunt iuxta parabolam de oue perditam, quia quod per peccatum deerat celestium angelorum ex hominibus expletum est. Secundo vt angeli qui antea hoc habebant, vt ad malum moueri possent, quamuis agra & difficulter, post Christi resurrectionem iam ad malum moueri nequeant. Tertium alium modum assignat, qui in primum illum recidere videtur. Ille tamen secundus aperte falsus est, quia angeli ante Christi resurrectionem viderunt Dei essentiam, iuxta illud Matthaei 18. Angelorum semper vident faciem patris, &c. quem locum de clara visione essentiae diuinae intelligendum esse, probauimus disputatio. 27. cap. 5. contra Chrysostomum, & alios Graecos Patres, atqui clara Dei visio reddit beatos immobiles a bono in malum, ergo antequam Christus resurgeret a mortuis, angeli in bono fuerant confirmati. Quod si ex visionis clarae essentiae Dei non sequatur immobilitas illa, vt putat Scotus, de qua re dicemus 1. 2. q. 4. art. 4. saltem cum beatitudo aliunde hanc afferat immobilitatem, & angeli fuerint beati ante Christi Resurrectionem, sequitur, ante illam fuisse factos immobiles a bono in malum.

CAPVT II.

Angelos per opera sequentia beatitudinem suam
fuisse promeritos senserunt Magi-
ster, & alij.

Inter Scholasticos, qui plane senserunt, angelos promeritos fuisse suam beatitudinem, circa controuersiam non est, quo pacto illam meruerint. Quorum opiniones sigillatim persequi necesse est, vt tandem, quid nobis probetur, facilius explicemus. Prima igitur sententia sit Magistri qui in 2. distinct. 5. cap. ultimo docet angelos primum fuisse beatos, deinde per opera sequentia beatitudinem eam sibi promeruisse. Quam quidem sententiam sequutus est postea Amisiodorens. lib. 3. tractatu primo cap. 7. in principio, & ante medium, & in solutione cuiusdam rationis probabilemque putat Albertus in 2. dist. 8. a. 4. pro ea quoque refert Marfilus Praepositum. Porro opera sequentia beatitudinem, quibus Angeli eam promeriti sunt, dicit esse ministeria in gratiam hominum ex obedientia Dei exhibita. Quae quidem opinio probari potest primo ratione Alberti, quae est huiusmodi: Opera, quae sequuntur ex gratia possunt mereri ipsam gratiam, a qua procedunt, vt expresse etiam sentit Alexan. 1. p. q. 28. n. 3. art. 3. sicut militi dari potest equus propter bonum vsum futurum equi, quem rex sperat ab eo, ergo opera etiam sequuta beatitudinem esse potuerunt ab angelis merita beatitudinis. Neque enim obstat quidquam, opera

Vasquez in 1. p. tom. 2.

huiusmodi esse tempore posteriora ipsa beatitudine: nam & meritum Christi posterius fuit tempore, quam gratia antiquorum Patrum, & tamen gratia illa ipsis collata fuit ex meritis Christi futuris. Secundo angelorum nobis ministrant ex charitate, aliquid merentur, sicut Christus etiam, qui hac vita mortali comprehensor erat, aliquid merebatur ministerio quod in gratia hominum exhibebat: ergo aut angeli per tale ministerium merentur gloriam nouiter sibi conferendam, & ita nimium cresceret eorum beatitudo, quod non est concedendum: aut merentur gloriam sibi iam datam, quod haec opinio contendit. Tertio magna gloria, quam angeli habent, non nisi propter magna merita ipsis collata est, magna autem merita habere non poterunt in via tam breui temporis spatio clausa: ergo necessario recurrere debemus ad merita sequentia ipsam beatitudinem.

Ceterum obseruandum est imprimis, in horum doctorum opinione non esse necessario asserendum, fuisse angelos creatos in beatitudine, nam vt vidimus disputatione 226. cap. 1. Magister plane docuit, angelos omnes fuisse in pura natura creatos, & postea gratiam habuisse, sic autem aut dicere debent simul gratiam, & gloriam habuisse, aut si prius habuerunt gratiam sine gloria, & per gratiam gloriam meruerunt, consequenter coguntur dicere, merita praecedentia gloriam non fuisse sufficientia vt tantam gloriam promererentur, ac proinde meritis etiam sequentibus illam promeruisse, cumque nullus praeter Ludouicum Vives haecenus dixerit, angelos in beatitudine patriae fuisse creatos, vt disp. 225. cap. 3. & 4. notauimus, reliquum est, vt qui hanc sequuntur opinionem, vnum de duobus, quae diximus, affirmant. Quare si instantia, aut moras, quibus via angelorum completa est, ita diuidant, vt dicant communem vnum instans fuisse bonorum angelorum ante beatitudinem, debent etiam asserere, in eo instanti non meruisse aliquid beatitudinis, sed post beatitudinem adeptam, si vero dicant, aliquid meruisse beatitudinis antequam illam consequerentur, debent etiam asserere, duo instantia vt minimum fuisse viz angelorum, in quorum priori existerint in pura natura, in posteriori vero ex gratia aliquid meruerint beatitudinis, nam iuxta ea, quae inferius dicemus, non potest vnum instans assignari purae naturae & gratiae.

CAPVT III.

Præcedens opinio refutatur.

Hanc sententiam merito refellit S. Thomas in articulo 5. huius quaestionis, Bonauent. Scot. & alij inferius allegandi. Et primo quidem hac ratione Scoti in 2. d. 5. q. 1. §. in ista, & Ricardi art. 2. q. 2. impugari potest etiam si homo creatus non fuisset, cui Angelus ministraret: nihilominus angelus consequutus esset beatitudinem, quam modo habet: & tunc eam non habuisset per merita etiam futura, ergo & nunc illam non habet per talia merita. Quae quidem ratio confirmari potest alia simili: nam si homines creati essent, sed primus parens non peccasset, multo minus esset angelorum ministerium in defensione & custodia hominum, quam modo est, quia pauciores essent temptationes, ergo beatitudinem, quam nunc habent, non suae affectui propter merita futuri ministerij, quod

H h 3

Secunda.

5

Tertia.

Explicatur
magis mens
Magistri.
& aliorum.

6

S. Thom.
Bonauent.

Scotus.
Richard.

Primo argui-
tur contra
praecedentem
sententiam.

7

enim ex meritis aliquibus etiam futuris conceditur, dicendum est alias non concessum iri, nisi talia merita essent futura, nam ablata causa, aufertur effectus, sicut qui concedunt causam veniendi Christum fuisse remedium peccati, consequenter afficiant, ablato peccato non venturum Christum.

Secundo.

Secundo contra prædictam sententiam pugnat doctrina illa, quam late sumus prosequuti aduersus Alexandrum supra disp. 91. cap. 6. nempe principium meriti non posse cadere sub ipso merito, cuius est principium: & ita neque gratiam, quæ est principium boni vsus, cadere posse sub merito boni vsus, tamen si alioqui non repugnet, meritum esse posterius tempore, quam id, quod datur propter meritum: atqui opera omnia subsequencia beatitudinem sunt ex ipsa beatitudine tanquam ex principio aliquo modo: ergo non potest angelus per opera illa sequentia mereri suam beatitudinem. Hæc ratio optime ostendit falsitatem præcedentis sententiæ, si ostenderimus, opera sequentia beatitudinem esse ex ipsa beatitudine tanquam ex principio. Nam si dicamus beatitudinem consistere in visione clara Dei, opus charitatis oritur ex ipsa visione: ergo per charitatem non posset quis mereri visionem. Si vero dicamus, beatitudinem esse in actu charitatis: tunc eadem ratione beatitudo non esset ex merito ipsius charitatis, quia idem non potest seipsum mereri. Præterea opera aliarum virtutum etiam oriuntur ex ipsa charitate, & visione, aut eas supponunt tanquam aliquid prius, ut infra ostendemus, ergo & illa non possunt esse meritoria gloriæ, quam ut priorem supponunt: oriuntur autem cætera opera ex ipsa charitate in beatis, quia imperantur a charitate, aut saltem illam ut priorem aliquo modo supponunt, ut infra quoque dicemus.

Ratione.

Tertio eadem sententia rejicitur, quia sequeretur quemcunque beatum in dies posse per noua opera maiorem gloriam mereri, & ita homines non solum consequerentur gloriam per bona opera, quæ in hac vita fecerunt, sed etiam per opera facta in ipsa beatitudine: quod est absurdum. Quod si dicas, ad rationem meriti non solum requiri condignitatem in operibus, sed etiam pactum & promissionem: ideoque homines beatos non mereri maiorem gloriam per opera sequentia, hoc facile impugnabimus 1. 2. q. 14. artic. 2. ubi ex professo ostendimus ad rationem veram & perfectam meriti non esse necessariam promissionem, nec pactum vllum, aut acceptationem, id quod aliqua ratione monstrauimus supra disp. 85. cap. 4. quare qui semel concedit opera sequentia beatitudinem esse condignâ maiori gloriæ, cogitur concedere in beatis meritum condignum beatitudinis, seu augmenti beatitudinis, quod idem est. Et sane licet promissio, aut pactum inter Deum; & creaturam requireretur, ut opus condignum haberet rationem meriti, ridiculum esset, asserere, tale pactum intercessisse inter Deum, & angelos, ut eis statim sine præcedenti merito daret gloriam ea lege, & pacto, ut in gloria ministerio hominum inuigilarent. Adde etiam, quod si opera subsequencia beatitudinem ex se condigna essent in hominibus maiori gloriæ; non esset asserendum, Deum illis denegare augmentum, cuius ipsi beati digni essent nec enim Deus negat id, quo aliquis dignus est. Quare autem opera facta in beatitudine nec sint me-

ritoria, nec digna maiori gloriæ & augmenti aut citato vberius dicemus.

Quarto, si Deus angelis bonis dedisset gloriam & malos electionem ad gloriam ex meritis gratiæ in tempore fecisset, non videretur Deus equitatis seruasse in gloriæ distributione: siquidem de malis non minus eam meruisse per bona opera, quam boni: utrique enim laborassent quantum opus esset ad tantæ gloriæ compensationem. Et quantum in gratiæ distributione Deus ita libere se gerat, ut nemo denegat, quod alteri concedit, hoc mirum non est: quia gratiam distribuit absque vltimo meritorum vel præcedentium, vel subsequencium. At vero si gloriam quibusdam tribuit propter merita futura: cur non eandem alijs tribuit, in quibus sciebat tanta etiam & tam insignia futura merita, si gloriam contulisset? Et quantum hoc sine iniustitia Deus facere potuisset, id tamen non videtur consonum ipsius doctrinæ, qui gloriam suam non negligentibus mandata, sed recte operantibus, & eis, qui per bona opera ab alijs destituerunt, promittit.

Ex his vero facile illi posunt argumenta, quæ pro hac opinione superiori capite allata sunt. Ad primum quid sit respondendum, manifestum est ex ijs, quæ diximus disp. 91. capite 6. ubi ostendimus, non posse principium meriti cadere sub merito ipsum: ac proinde nec opera ex gratia meriti posse ipsam gratiam, nec sequentia beatitudinem mereri posse beatitudinem. Quid vero respondeat Durand. in 2. d. 5. quæst. 3. num. 9. quare miles consequatur a rege equum in præmium propter bonum vltimum futurum illius, sed nemo possit a Deo consequi gloriam propter opera consequentia, ibidem retulimus, & impugnauius, veramque vtriusque differentiam alligauimus. Ad secundum dico, Christum, quæ erat comprehensor, non potuisse mereri sibi gloriam essentiali, nec augmentum illius alijs vero recte potuisse mereri per aliqua opera libera. Quæ vero ille, qui iam beatus est, & Christus sibi non mereantur vitam æternam, dicemus 1. a. quæstione 114. articulo 4. & 3. parte quæstione 19. articulo 3. quocirca & angelis mereri possunt nobis multa dona, sicut vnus viator alteri viatori, & sicut Christus nobis meruit: quod enim Christus viator esset ratione corporis, pactum referebat, ut nobis mereri posset, si alioqui angelus beatus nobis mereri non potest, ut in illo articulo 3. late ostendimus. Ad tertium dicimus, in vno instanti temporis discreti, quod nostro tempore respondet, potuisse angelum mereri vno, aut pluribus actibus tantam præmij mercedem, quantum habet nunc in beatitudine.

CAPVT IV.

Simul duratione Angelos fuisse beatos, & meruisse suam beatitudinem, multi alij Scholastici docuerunt.

PER multi, grauesque Scholastici Doctores etiam sequuti sententiam non multum à præcedenti dissentient: dicunt enim, angelos in primo instanti in pura natura creatos: deinde iterum non prius tempore meruisse vitam æternam, sed simul duratione fuisse beatos, eam quæ sibi meruisse, ita tamen ut meritum ordine caritatis & c.